



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

De cogitationibus & operationibus intellectus. Cap. 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS PRIMA. III

QUARTVS est, eisdem vti remedijs quibus vanam gloriam profligandam esse docuimus: vt alios laude, nos verò omni vituperio & confusione dignissimos reputemus.

QVINTVS est: Mores corrigere, vitæ prauitati nuncium remittere, sanctarum virtutum exercitijs nos dedere, & speciatim in dilectionis exercitijs, & Dei, ac proximi amore nos exercitare: Quod fuerit remedium optimum omnes has amaritudines è corde auferendi: neque enim fieri poterit, vt hæ maculæ de corde perfectè abluantur ac deleantur, nisi prius cor suauitate ac dulcedine diuini amoris repletum fuerit. Quo facto facillimè delebuntur.

*De cogitationibus & operationibus intellectualibus,
Macula XIV.*

CAPVT XV.

DILIGES Dominum Deum tuum, & Luc. 10.
proximum tuum sicut teipsum. Hæc
fuit

¶ **IN** SPECVLVM ANIMAE
fuit Christi responsio, quando à Le-
gidoctore interrogatus fuit: *Magi-
ster quid faciendo vitam eternam posside-
bo?* Quibus subiungit Euangelista:

Matth. 22. In his duobus mandatis tota lex pendet & propheta.

Perfectionis summa in amore consistit. Tota namque perfectionis summa in amore consistit: Et anima quæ in amoris exercitijs quotidie proficere totis viribus non satagit, nescio quomodo ad sublimes perfectionis gradus aspirare possit: *Introduxit me rex in cellaria sua*, ait sponsa. *Vulnerasti cor meum in vno crine colli tui, & in vno oculorum tuorum: oculi anime sunt intellectus & voluntas, vulneratum itaque se ait sponsus in vno oculorum sponsæ, quia anima voluntatis oculo ferit cor sponsi tui.*

Cant. 3.

Cant. 4.

Quomodo profectum facias in via perfectionis. Anima igitur quæ in via perfectionis progressum facere cupit, in schola amoris dies noctesque defudet, operationibus potius voluntatis, & affectibus amorosis, quàm intellectus vtatur: magisq; laboret amare, quàm speculari, intelligere, & libros scientiæ tantum gratia lectitare.

Anima

Non hîc librorû lectiõnẽ inhi-
 mus, cùm lectio librorû piorum &
 spiritualium ad profectum facien-
 dum plurimum conducat: nec etiã
 dicimus intellectu vtendũ non esse,
 quia operatio intellectus necesse
 est, vt præcedat operationẽ volun-
 tatis: nam voluntas, vt ait Philoso-
 phus, non fertur nisi in præcogni-
 tum, & S. Augustino teste: Inuisa di-
 ligere possumus, incognita nequa-
 quam: sed affirmamus non esse vni-
 uersum studium ad speculationem
 & intelligentiam tantummodò cõ-
 ferendum, quemadmodum faciunt
 qui sciendi duntaxat causa literis
 operam dant: quia, valdè differens
 est via scientiã, à semita caritatis, &
 perfectionis.

*Lectio li-
 brorum spi-
 ritualium
 quàm vi-
 lis.*

*Error mul-
 torum in-
 signis.*

In hunc errorẽ labuntur, qui ad
 orationem se daturi, aut diuina SS.
 Trinitatis, aut Incarnationis my-
 steria: aut virtutes & excellentias
 Beatæ MARIÆ virginis; aut An-
 gelorum pulchritudinem: aut SS.
 Eucharistiæ Sacramenti mirabilia:
 aut aliquod aliud mysterium vitæ

IESV

114 SPECVLVM ANIMAE
IESV Christi meditati, minutim
& subtiliter omnia discutiunt, quasi
praelectiones instituturi, aut ad po-
pulum ea de re sermonem habituri
essent; laetanturque si novos intelle-
ctus, interpretationes, aut concep-
tus inuenerint, & hos orationem si-
ne contemplationem nuncupant;
sed falluntur vehementer, atque ab
oratione ita frigidi vt accesserunt,
regrediuntur.

Talibus necessarium est, vt con-
tra intellectum suum armentur, ad-
iungantque se parti voluntatis, ma-
gisque amare quam scire studeant,
alioqui ratiocinationes & specula-
tiones, maximo eis impedimento
erunt, ne profectum in via spiritua-
li & perfectionis faciant.

Semita namque perfectionis in
amore consistit: de qua S. Paulus lo-
quens ait. *Adhuc excellentiorem vitam*
vobis demonstro. Vbi cum multa in ca-
ritatis laudem subnexuisset, tandem
concludit his verbis. *Maior autem ho-*
rum est charitas. Maior inquam fide, quia
haec in intellectu, illa vero in vo-
luntate

1. Cor. 12.

1. Cor. 13.

Caritas ma-
ior fide.

luntate posita est: opus itaque est maiorem in schola amoris operam ponere, quam in schola speculationum intellectus.

Modus eluendi maculam curiosa speculationis intellectus.

PRIMVS modus est; Exercitijs orationum & meditationum multo maximam temporis partem impertiri.

SECUNDVS est, Libris pijs spiritualibus & affectum inflamman-
tibus, potius quam speculatiuis & scientiam subministrantibus, legendis operam dare, & quicquid in lectione intellectu apprehenderimus, mox ad affectum reuocare, atque ex ijs pia ad Deum suspiria formare; quemadmodum fecit in omnibus scriptis suis sanctus Bonauentura. Hic scholasticis, speculatiuis, & scientificis Doctoribus (quos speciatim hec macula respicit, atque maximam eis impedimentum, ne in schola diuini amoris proficere possint, obijcit) magno labore & industria opus est. Et sane si verum fateri liceat, homines plerumque simplices & indocti, qui puro
& amo-

Simplices aptiores ad vitam spiritualem quam docti.

III^o SPECVLVM ANIMAE
& amoroso cum affectu ad diu-
num amorem continuò suspirant,
sæpè ad internam vitam accommo-
datiores sunt, quàm viri docti, mag-
na prudentiæ & scientiæ opinione
insignes.

TERTIVS est, Speciales ad De-
um preces pro huius curiosæ specu-
lationis moderatione fundere, ma-
ximè quâdo ad lectionem libri ali-
cuius accedimus, quemadmodum
quendam nostri ordinis virum sancti-
tate clarum fecisse legimus, qui
quoties se ad lectionem aut studia
daturus erat, hanc præmittebat ora-
tionem.

ORATIO
ante lectio-
nem & stu-
dia præmit-
tenda.

Domine vilissimus seruus tuus
omni bono indignus, vult ingredi
ad videndum thesauros tuos ad quos
placeat tibi, vt ipsum, etsi indignis-
simū, introducas, & des ei in verbis
istis tantum te diligere, quantum
cognoscere, quia nolo te cognoscere
nisi vt te diligam.

De cura exteriori,

Macula XV

GA